



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXIX Quare dicatur ignis inextinguibilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER TERTIVS.

plus æstuat atq; alius minus. Ita illic in vno igne nõ vnus est modus incendi, quod hic diuersitas corporũ, hoc illic agit diuersitas pctõrum, vt ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

De pœnarũ distantia. Cap. XXVIII.

Mitissima sane omniũ eorũ erit pœnea, qui p̄ter peccatũ quod originale traxerũt, nullũ insuper addiderunt. Tãto aut̄ ibi quisq; tolerabiliorẽ habebit damnationẽ, quanto hic minorem habuit iniquitatẽ. Remanentibus itaq; angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tunc sancti scient plenius, quid boni eis cõtulerit gratia, tunc rebus ipsis euidentius apparebit, quod in Psalmo scri- Psal. 100.
ptũ est: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Quia nisi per indebitã misericordiam nemo liberabitur, & nisi per debitũ iudiciũ nemo dãnabitur.

Quare dicatur ignis inextinguibilis.

Caput XXIX.

Ignis em̄ hic qui in præsenti vita est cõsumit cũcta quæ recipit. Perpetuus ille ignis quos suscepit semper cruciat, & pœnæ suæ semper integros seruat. Propterea enim inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse nõ extinguitur, sed quia nec eos quos suscepit extinguit, nec perimit. Scriptura etem̄ di- Chryso.
1. Cor. 15.
dicit, quia & peccatores induant corruptionẽ, Scilicet non ad honorem vitæ, sed ad diurnitatẽ suplicij profuturã. Huius aut̄ pœnæ vim & ignis illius po

HAY. DE VARIET. LIB.

tentiam, nulla vox exponere, nullus sermo poterit
explanare. Nihil est enim, in rebus corruptibilibus siue
bonis siue malis illi simile, veruntamen ut aliquam
imaginem ignis illius vel ex poena huius capiamus,
illi comparauimus.

Quod sine fine sint tormenta malorum.

Caput XXX.

Sicut enim finis non est, gaudij bonorum, ita & finis
non est tormentorum malorum. Nam cum
veritas dicat: Ibunt hi in supplitiū æternū, iusti
Mat. 25. aut in vitā æternā: quia verum est quod promisit, falsum
proculdubio non erit, quod minatus est deus.

Contra eos qui dicunt, Idcirco deus pec-
cantibus æternā minatus est poenā, ut eos
a peccatorum perpetracione compesceret.

Caput XXXI.

Si falsum est quod minatus est, ut ab iniustitia cor-
rigeret, etiā falsa est pollicitus, ut ad iustitiā pro-
Grego. uocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus præsu-
mat: Et si minatus est quod non erat impleturus, dū
asserere eum misericordē volumus, fallacē (quod di-
ci nefas est) predicare cōpellimur. De hoc beatus Au-
Aug. gustinus inter cætera ait: Frustra itaque nonnulli imo
quā plurimi æternā damnatorū poenā, & cruciat⁹ sine
intermissione perpetuos humano miserantur affe-
ctu, atque ira futurū esse non credunt. Non quidā scri-
pturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura
queque moliendo, & in leniore flectendo sententiā,